Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

[Proemium]

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

compositione, q. componit pdtm cum subiecto
et in negatiuam quae uocatur diuisione qua
distinguit et diuidit quasi pdtum a subiecto
Ex quo patet ortum non do fecisse de diuisi-
one in citato loco, quo nos hic agere ∞

INSTITUTIONU DIALECTICARUM

PARS SECUNDA

Consideratis istis, q ad jam raentis opuem
spectare et ad naum operis penetrandam non
parum conducere videbantur. Sequitur ut de
ipsa pone; quam Autores Obiectum statu-
unt lib: Perihermenias cõiter constituunt
eiusq proprietatibus agamus aliquid. Et licet de
terminorum suppone, cum alij statim post eam,
in explicatum sermonis instituere potuissemus
q. ht termines similiter tum in pone positos supp,

posit

positionem exercere putamus ideo tractatum de suppositione post propositionis declaratam naturam aggrediendum existimavimus. Quare sit.

Dubium Primum.

Quaenam sit essentialis Definitio Propositionis in communi.

Artes Propriem, vel Enuntiationem sic defit. Propositio est Oratio verum, vel falsum significans. — 1. Perihermen: cap: 4. Definitio propositionis secundum Artem.

Haec definitio essentialis non est, sed tantum descriptiva propria. Probatur. Definitio essentialis debet explicare rem suam per sua praedicata essentialia, sed haec definitio non explicat propriam suam praedicata essentialia sed tantum suum genus remotum, et proprietatem. Ergo non est definitio essentialis, sed descriptiva propria. Quare supposita hac definitione quaerenda post examinationem nostram assignanda est alia quae tota essentia propositionis innotescat. — Definitio descriptiva. Haec definitio explicat genus remotum et proprium.

Posset autem non nisi congrue assignari ista. Propositio est Oratio perfecta alicuius de aliquo enuntiativa. — Definitio essentialis.

Probatur quod sit essentialis. Haec definitio datur per genus et differentiam et praedicata essentialia propositionis; ergo est essentialis definitio. Patet consequentia ex natura essentialis definitionis supra explicata. Probatur antecedens.

Genus